dextro altaris dicit in medio oremus et legat off[ertorium].
Quales et quot ministri et qualiter se debent habere in
missa ordinata parte vel non parte albite vel etc
In ordinacione divini officij declarat plenius quere
Or missa simplex   De oblacione calicis et hostie
quotidiana vel p
vata fuerit sacerdos accipit patham cum hostia
et tenet eam duabus manibus mediocriter elevatis dicit
Suscipe sancte pater omnipotens eterne deus hanc immaculatam etc
Interim vero minister ad dextram sacerdotis assistens offerens
ampullam cum aqua et vino benedicens et fundens in ca
licem dicens Deus qui humane substancie mirabiliter
condidisti et mirabilius reformasti etc Et nota
quod tam in privatis missis quam in quotidianalibus et ordi
natis tempus et ordo fuerit adeo infundendi vinum
et aquam calici Deinde accipiens calicem cum
duabus manibus mediocriter tenet eum et offert
eum dicens Offerimus tibi domine calicem salutaris etc
Collocat vero hostiam ad sinistram calicis vero ad dex
tram deinde cooperit calicem corporali simpliciter
replicato quod supponit calici cum hac oracione In spiritu
humilitatis et animo contrito suscipiamur domine a te etc
Postea fit signum super hostiam et calicem cum
oracione Veni sanctificator omnipotens eterne deus benedic hoc
sacrificium tuo sancto nomini preparatum Ita quod primum ducat
manus super hostiam 2° super utrumque simul et sic fit signum
in utroque quando signatur 2